

evomuisse 110. scriptum ipsius spurcissimum libellum famosum esse 106. mendacium & calumniam evomuisse 107. graves stimulos carnis sensisse ut ægrè à pluribus uxoribus ducendis abstinere potuerit 80. Schemahypocriticum ostentare 106. impudentem esse: pudorem plane decoxisse 107. in convitiis spargendis neminem eum facundia superare 108. nequissimum esse Calumniatorem 109. fædæ militiæ Ducem 108. tetrum monstrum 104. vilem appendicem: scabiem 104. Orestem 104. Ranam 259. ardelionem: cuculum 107. canem 87. & hujus commatis multò plura.

§. 8. Dn. Joh. Joachimum Zentgravium Professore in Academia Argentoratensi clarissimum, totam ætatem ad aures usque lacunis barbarorum Sophistarum, rostrum suum immeruisse. 343. scriptaq; edidisse, quæ febricitantium somnia referunt 351. nihil ipsius ratiocinans putidiùs esse 152. modo anili ratiocinari 352. frontem ipsius in Chalybem usque induruisse 336. ipsam consumptâ modestiâ eandem cum illis tibiâ inflare, qui jure optimo maximo calumniatores audierunt 345. studere aliorum labores maligno dente arrodere 349. Dudum castigatam Asinii Tenebrionis & fraterculi ejusdem Gesenii cantilenam coccyssare 350. non minùs infamium artium adhiberi ab ipso, se deprehendisse, quam quas in cæteris calumniatoribus jam acriter; non tamen supra meritum castigaverit. 346. Eum nugari, delirare 347. stupidum 346. stolidum 347. futilem esse dicit 352. &c.

§. 9. Dn. Samuelem Strimesium, in Academia Fracofurtana Professore etiam clarissimum, tetrum ac maledicum Sophistam pag. 406 ejusdemque ratiocinia inania 382. & argumentationes frivolas esse dicit 386. stu-